

re quomodo illi sophisticata conficiant suppeditat nobis rationes, quia qui notitias habet vinculi sciuit prozibus etiam qualicunq; solutionem intulit vinculo quaq; nihil ipsi faueat, vt inquit in tractatione metaphysices. Sed de ordine a pluribus dubitat. Naaly aut vt oportebat dialectices tractationem vna cum demonstratiua ordinari, sic etiam sophisticam. Nam tradunt prius oportere diu versari in verisimilibus, deinde sic in necessariis et veris simul versari. Sed hi qui hec dicunt non bene asserunt. Nam si hominum natura coniuncta materic pleriq; decipitur et sequens phantasiam falso vitiosq; syllogismo vitur et suspicatur ea que non sunt perinde ac sint, non oportet prozibus primum verisimilibus et apparentibus probabilibus illam ingerere. Nam cum his fuerit ingesta immittaq; et assumpta baud facile ab ipsis abhorrebit, et veritate capiet illa que principaliter vera per se credibilia sunt. Nam ea est natura opinio ipsa etiam queis plerunq; vt statim deponi non diligit. Item illa sunt simul ordinanda cum scientia demonstratiua, que sane ytilia erat demonstratioui. At sophisticata ars omnino, inutilis est scientie demonstratiue. Preterea si falsum appositione veri redarguitur consequens erit, vt prozibus vera primum diu scentes sic, deinde verisimilibus et falsis assuefiant, merito igitur demonstratiua facultas ordinata est prius. Nam primum in ea syllogismum discentes q; ex necessariis et immediatis et non oziibus ac prozibus coclusionem fit concludente aliquid pater hec omni procul impedimento constituto cognoscemus. Nam si hoc quomodo fit didicerimus, et quoniam pacto verum circa hec fiat prompse discere poterimus. Vnde fieri no poterat ex hac disciplina immediate sese adiungere sophisticate facultati, proinde interea docet de his que partim vera, partimq; falsa sunt de quibus est dialectica. Postremo que sit intentio presentis tractationis, et de ordine eius atq; inscriptione sufficienter diximus, sed iam verba Philosopheri consideremus.



**D**e sophisticis autem elenchis, deque his qui Elenchi quidem videntur, non autem sunt elenchi, sed paralogismi, dicamus incipientes secundum naturam

et primis.

**P**LATO quidem in Euthydemo et Aristoteles in prefationibus statim dialectice traductionis aiunt contentiosum et sophisticum syllogismum esse, cuius alios peccare in materia dicunt non exidentes a syllogistica coniugatione, quos etiam syllogismos nominant, alios vero cum syllogisticam formam non habeant, sed veram obtineant materiam syllogismos non putant esse appellandos, sed apparentes syllogismos, vt verbi gratia, quando aliquis syllogismo concluderet aliquid in syllogistica coniugatione per propositiones circa materiam sumptas contentiosus efficit syllogismum atq; sophisticum, vt quando dicit, omne virile habet virilitatem, sed vestis est virilis, igitur vestis habet virilitatem. Nam hic syllogismus contentiosus et sophisticus est non ob quippiam aliud q; eo q; sumitur vt probabile q; omne virile habet virilitatem, quia est in prima figura in syllogistica coniugatione ex duabus af-

firmatiuis altera particulari et maiore vniuersali. Sed quando aliquis rursus syllogismo concluderet aliquid ex veris propositionibus, non tamen syllogisticis, neq; seruando proprietatem figure, hic etiam fecit syllogismum, sed solum apparentem vt sunt orationes interrogat in syllogistica coniugatione, vt si quis concludit q; omnis homo est equus, quia accipit omnem hominem animal esse, et omnem equum animal. Nam talis complicatio syllogismi est syllogistica, quaq; ex veris fit propositionibus. Causa autem est, quia est ex duabus affirmatiombus in secunda figura. Et plura horum exempla adducuntur a nobis in expositionibus edictis in dialecticem. Verum alij quidam sophisticis et contentiosis syllogismi differentiam talem assignant. Equidem dicunt contentiosum esse illum qui non sanam formam syllogisticam habet, et sophisticis qui habet materiam peccantem, sed sanam formam. At hi confutantur ab ipso Aristotele mentientes, nam procedendo vbi orationem demonstratiuam disjungat a dialectica, et hanc a sophistica inquit. Quod quidem igitur secundum rem considerans communia dialecticis, sed q; hoc apparenter facit sophisticis et syllogismus contentiosus est, quia igitur contentiosus syllogismus id est cum sophisticis elenchis dicendo de sophisticis elenchis, intulit etiam apparentium elenchorum cum sint paralogismi ponendo idem significantes. Nam commune omnibus sophisticis elenchis est ipsum apparere, et horum diuisionem facit statim in sequentibus dicendo. Nam alij horum sophisticorum elenchos syllogismi qui ydem sunt cum contentiosis syllogismus ex apparentibus probabilibus, sed non existentibus compositis, alij vero videntur esse, qui etiam cum sint ydem cum rationibus contentiosis, vel ex probabilibus, vel apparentibus probabilibus visis, qui etiam contentiosus syllogismi dicuntur, sed minime syllogismi, igitur syllogismi sophisticis sunt qui figuram sanam habent, et propositiones, vel ambas falsas, vel alteram, sed apparentes hi sunt qui non habent figuram sanam, et propositiones aliquando veras, et aliquando falsas. Sed simpliciter cuncti elenchi apparentes, vel syllogismi, vel assillogistici sunt. Nam si formam sanam habuerit est apparens elenchus et non proprie elenchus. Sed elenchi partes tredecim sunt, sex quidam sunt circa dictionem, septem vero circa significationes vt intellecti quos Aristoteles extra dictionem vocat, et hos tredecim vias assignat, primum dicendo quomodo possibile decipiant, posterius soluendo hec. Presentis igitur tractatio bene inscripuitur est sophisticis elenchis, et dupliciter intelligeretur inscripuit, et q; sophisticis argumentis decipiunt, et q; decipiuntur, sub iunxit et de his qui videntur elenchi. Nam primum est vt applicatiuum secundi, et erit inens dicitur talis, vt iam dicamus de ipsis non proprie elenchis, sed apparentibus elenchis, qui sunt sophisticis elenchis. Sed necessarius est dicere quid sit sophisma, et quid verus elenchus, et quid apparens elenchus, et quid illegitimus elenchus, et quid paralogismus. Sophisma igitur est quemadmodum et ipse in topicis inquit ille qui est idem preteritio syllo, vt nisi est silere tacere, non ridens inquit. Quid autem quando dixeris lignum et lapide, nus silere dicitur. Ecce igitur hic factus est ob amphibologias sophisma. Elenchus autem est vera contra dicio vniuersi et eiusdem non nominis, sed rei et nominis non vniuersi, sed eiusdem ex datis ex necessitate non connumerato eo q; ex principio secundum idem et ad idem et eodem